



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 30. Gennadius Massiliensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

posse ad Beatitudinem pervenire. Tum Sæculum V.  
hujusmodi Principia ad Praxin deducens A. C. 493.  
Clericis, Monachisque cum puellis Deo  
Sacris conversandi licentiam dabat, di-  
cens, nihil periculi subesse, nisi ipsi pec-  
care vellent. SS. Hieronymi, & Augu-  
stini famam indigne proscindebat, &  
quemdam Presbyterum erroribus suis  
obſistentem excommunicaverat.

Senem illum ad se adductum Gelasius  
Papa admodum rudem, hominemque ru-  
ſtici & abjecti ingenii expertus est, cui  
pro ratione pervicacia stabat. Cum igi- Epift. 7.  
tur fruſtra conatus eſſet obſtinatum con-  
vincere, ad illius Provinciæ Episcopos  
prolixam dedit epistolam, in qua iſtos  
refellit errores, & Episcopos, quod ſeg-  
niter hoc malum tolerarent, graviter in-  
crepat. Hanc Diaconus, cui nomen Ro-  
mulus, detulit, atque i. Nov. Albino Con- Tratt. 3. to.  
ſulatum gerente, id eſt, anno 493. data 4. Conc. p.  
eft. Gelasius Papa etiam Tractatum ad <sup>1240.</sup>  
versus Pelagianos compoſuit, in quo præ-  
primis docet, Hominem ſine peccato vi-  
vere non posſe. In eo explicat Resurre-  
ctionis Mysterium, atque illa Apostoli <sup>i. Cor. 7.</sup>  
verba; virum Infidelem a Muliere fideli  
ſanctificari.

### §. XXX.

#### Gennadius Massiliensis.

In Gallia quoque non nulli aut Pelagia-  
norum  
F 3

Sæculum V. norum Hæresi favebant, aut certe S. Augustini Doctrinæ de Gratia non adstipulabantur. Eorum ex numero fuit Genadius Presbyter Massiliensis, qui in edito Indice Scriptorum Ecclesiasticorum in laudibus Fausti Rejensis plurimus est. E contra cum S. Prospero jurgatur, quod Cassiano aduersetur, imo & ipsum S. Augustinum audet laceſſere. Hoc opus sub annum 493. concinnavit, atque Scriptor, quem ultimo memorat, est S. Honoratus Episcopus Massiliensis. De isto Auctore scribit in hunc modum: *Eloquenia pollet, atque in Ecclesia e vestigio ad populum dicit. Ab unguiculis in timore Dei educatus, & in negotiis Ecclesiasticis exercitatus est. Os viri locupletissimo Divinarum Scripturarum promptuario similimum est. Homiliae scribit ad explicandam fidem, & convincendos Hæreticos utilissimas. Non modo Episcopi, & Presbyteri vicini concionantis sermonibus delegantur, sed etiam remotiores, si nata necessitate ad eos delatus fuerit, exorant, ut in eorum Ecclesiis ad populum verba faciat. Ipse S. Papa Gelasius Episcopus Romanus, postquam ex ejus libris Fidem ejusdem integerrimam cognovisset, dato Responso testatus est, quod virum maximi æstimet. Vitas SS. Patrum, præsertim S. Hilarii Arelatensis, cuius Alumnus fuit, ædificandæ Posteritati scribit. Sæpiſſime cum populo*

*populo inter publicas preces ad imploran-* Sæculum V.  
*dam Divinam Misericordiam procedit.* A. C. 493.

Hæc Gennadius de S. Honorato Episcopo  
Massiliensi. Unicum ex omnibus hujus  
S. Episcopi operibus, vita S. Hilarii Are-  
latensis, ad nostram usque ætatem per-  
venit.

Ge nadius mentionem etiam facit Si-  
donii, haud diu ante sub Zenone Impe-  
ratore fatis defuncti. *Vir erat, inquit,*  
*Divinis, humanisque litteris apprime in-*  
*structus, ejusque ingenii elegantiam in li-*  
*bris, quos prosa, & versibus edidit, omnes*  
*mirantur. Præterea zelo, qui virum Chri-*  
*stianum decet, vigebat; binc tanquam Pa-*  
*stor Catholicus, & Doctor insignis, inter*  
*feroces Barbaros, quibus Gallia tunc tem-*  
*poris obruebatur, positus, ab omnibus co-*  
*litur. Cum amicorum aliquis Sidonium*  
*excitaret, ut Historiam profanam scribe-*  
*ret, hoc facere recusavit, potissimum affe-*  
*rens argumentum, id Scriptionis genus IV. Epist.*  
*Clerico non convenire. Vaticinatus est, 22.*  
*successorum sibi Aprunculum, qui, cum*  
*esset Episcopus Lingonensis, excedere com-*  
*pulsus est, quod Burgundionibus suspectus* Greg. Tur.  
*esset, & Dominationem Francorum ex- 11. hist. c. 23.*  
*optare videretur. Ecclesia Claromonta- Sirm. Præf.*  
*na Sidonii memoriā 21. Aug. colit.*  
Gennadii opus esse creditur Liber de To. 8. op. 8.  
Dogmatibus Ecclesiasticis, qui licet inter Aug. ap. p.  
75.

Sæculum V. S. Augustini opera inveniatur, ipsius Do-  
A.C. 493. Etrinæ minime consentaneus est.

## §. XXXI.

*Gelasii Papæ epistola ad Impera-  
torem.*

*Epist. 8.* Faustus & Ireneus Regis Theodorici Legati Romam reversi, Gelasio Papæ indicarunt, Imperatorem Anastasium quæsivisse, cur sibi non scripsisset. Igitur Papa dedit ad eum epistolam, in hunc ferme modum: *Scripsissem enimvero, si  
meo uti arbitrio licuisset. Cum vero Le-  
gati tui ubivis locorum dicerent, sibi esse  
in mandatis, ne quidem conspectum meum  
subirent, visum mihi abstinendum esse a Lit-  
teris, quas tibi molestas fore prævidebam.* Inferius addit hæc verba notatu dignissima: *Duobus potissimum Modis hic Mundus  
regitur; Sacra Episcoporum Auctoritate,  
& Regum Potestate. Episcoporum Mu-  
nus altero ideo majus est, quod coram Di-  
vino Tribunal de Regum quoque anima-  
bus rationem reddituri sint. Quod enim  
non nescis, quamvis Cæsarea Dignitate  
supra Genus humanum sis, coram Præfuli-  
bus tamen caput inclinas, Sacraenta ab  
ipsis accipis, in causis Religionem tangen-  
tibus ipsis subjiceris, Judicia sequeris, &  
ipsi tuæ voluntati se non submittunt. Si  
Episcopi obediunt Legibus tuis, quantum  
ad*